N. 71

FRATER ANDREAS HYACINTHUS LONGHIN

ORDINIS MINORUM CAPUCINORUM

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPUS TARVISINUS

Dilecto Nobis in Christo adm. Rdo Parocho Eccl. Par.lis S. Andreae Apostoli de Fabro *hujus Nostræ Tarvisinæ Diœcesis, salutem in Domino.*

Supplicationes Nobis humiliter porrectas pro renovatione specialis gratiæ ALTARIS PRIVILEGIATI QUOTIDIANI in ista Ecclesia Parochiali benigne excipientes, eamdem dilectionis Nostræ novo documento decoramus, et Auctoritate Nobis a Sanctiss. Dom. Nostro Pio Pp. X tributa, istius Ecclesiæ Altare in quo SS. Euchar. Sacram. asservatur, *ad septennium proximum* Privilegio Apostolico decoratum, pro animabus Christifidelium a Purgatorii pœnis liberandis, designamus, ita ut quandocumque Sacerdos aliquis Sæcularis vel Regularis, pro anima cujuscumque Christifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, Missam ad Altare sic per Nos respective designatum celebraverit, anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragii Indulgentiam consequatur, et ejusdem Domini Nostri Jesu Christi ac Beatissimæ Virginis Mariæ Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii pœnis, si ita Deo placuerit, liberetur: cessante tamen in ista Ecclesia quocumque privilegio Altaris privilegiati *intuitu Parœciæ* sive in perpetuum sive ad tempus jam concesso, non autem illud, quod fortasse Confraternitatum gratia, quæ in ipsa canonice erectæ sint, vel alio quocumque titulo, indultum fuerit. In quorum fidem etc.

Datum Tarvisii ex Curia Episcopali

die 1 *mensis* Januar. *anni* 1912.

C. L. Brevedan V. G.

FR. ANDREAS HYACINTHUS LONGHIN EP. TARVISIN.

Tax. { pro Conc. *nihil* / pro Exped. lib. duae

Sac. Marinus Tarazzo Canc. Eplis

TREVISO, TIP. L. BUFFETTI.

ECCL. PAR. S. ANDREAE APOSTOLI DE FABRO

Chiesa parrocchiale
di S. Andrea Ap. di Favaro

Altare maggiore privilegiato come dal Codice canon.

Reliquie

1. SS. Croce
2. B. V. M. – S. Gio Batta e S. Fr. d'Assisi
3. ~~Sant~~ S. Andrea Ap. (titol. della Chiesa)
4. S. Giuseppe Sp. B. V.
5. S. Antonio di Pad.
6. B. Benedetto XI P. C.
7. B. V. Maria
8. SS. Matteo Ev., Ant. Pad., Bened. Ab., Ant. Ab., Franc. Assisi, Carlo Borr., Lucia V. M. e Barbara V. M.
9. (quattro reliquiari per gli altari con le RR. ex ossibus) S. Valentino, Lorenzo, Urbano e Giovanni Grand Conf.
10. (altri 4 con RR. SS.) Clemenza, Fruttuosa, Teodora e Severino

Favaro 19 Marzo 1924

Il Parroco
Favaro Don Gio M.

VISUM IN PASTORALI VISITATIONE DIE 19 MAR 1924 D.D. ANDR. H. LONGHIN EPI TARVISINI

Sac. A. G. [illegible]

N. 46

FR. ANDREAS HYACINTHUS LONGHIN

DEI ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA

EPISCOPUS TARVISINUS

Dilecto Nobis in Christo adm. Rdo Rectori Ecclesiae Parochialis S. Andreae de Fabro *hujus Nostræ Tarvisinæ Diœcesis, salutem in Domino.*

Supplicationes Nobis humiliter porrectas pro renovatione specialis gratiæ ALTARIS PRIVILEGIATI QUOTIDIANI in ista Ecclesia Parochiali benigne excipientes, eamdem dilectionis Nostræ novo documento decoramus, et Auctoritate Nobis a Sanctiss. Dom. Nostro ~~Leone~~ Pio Papa X~~III~~ tributa, istius Ecclesiæ Altare in quo SS. Eucharistiae Sacramentum asservatur, *ad septennium proximum* Privilegio Apostolico decoratum, pro animabus Christifidelium a Purgatorii pœnis liberandis designamus, ita ut quandocumque Sacerdos aliquis Sæcularis vel Regularis, pro anima cujuscumque Christifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, Missam ad Altare sic per Nos respective designatum celebraverit, anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragii Indulgentiam consequatur, et ejusdem D. N. J. C. ac Beatissimæ Virginis Mariæ Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus; a Purgatorii pœnis, si ita Deo placuerit, liberetur: cessante tamen in ista Ecclesia quocumque privilegio Altaris privilegiati *intuitu Parœciæ* sive in perpetuum, sive ad tempus jam concesso, non autem illud, quod fortasse Confraternitatum gratia, quæ in ipsa canonice erectæ sint, vel alio quocumque titulo, indultum fuerit. In quorum fidem etc.

Datum Tarvisii ex Curia Episcopali

die Prima mensis Januarii anni 1905

FR. ANDREAS HYACINTHUS EPISCOPUS TARVISINUS

Vicarius Generalis
L. Brevedan

Tax. { pro Conc. *nihil*
pro Exped. lib. ~~una~~ duae

Sac. Aug. Brugnoli
Canc. Ep.

Typ. Scholæ Apostolicæ